recedens duxerit uirum alium
numquid reuertetur ad eam
ultra? numquid non polluta
et contaminata erit mulier
illa? Tu autem fornicata es cum
amatoribus multis, et tamen re-
uertere ad me dicit dominus. Ecce
de forni[·]cante et relicta muli
ere argumentum iustitiae pro
ponitur. et tamen nobis post lap
sum redeuntibus non iustitia
sed pietas exibetur. hinc utique
colligamus si nobis delinquen
tibus tanta pietate parcitur a no
bis; nec post delictum redeuntibus
quanta in probitate peccatoris aut
quae ab illo erit super inprobis uenia.
qui non cessat uocare post cul
pam. Esaias propheta dicit.
Erunt oculi tui uidentes praecep
torem tuum et aures tuae audi
ent uerbum post tergum monen
tis. quasi enim coram positus deo
quisque uerba ammonitionis
eius percipit, cum prius quam pec
cata perpetret uoluntatis eius praecep
ta cognoscit, adhuc enim ante

eius faciem stare post. necdum
eum peccando contemnere;
cum uero derelicto bono in
nocentiae. iniquitatem ele
gens appetit. terga iam in eius
faciem mittit. Omnipotens
deus quasi post tergum nos subse
quens monet qui et iam post
culpam ad se redire persuadet;
aduersum reuocat. cum commissa
non respicit. reuertenti sinum
pietatis expandit; uocem ergo
post tergum monentis audimus.
si post peccata humili et contrito
corde reuertimur; Debemus
igitur pietatem uocantis eruber
cere. si iustitiam uolumus formi
dare. quia tanto grauiori in
probitate contempnitur. quando
et contemptus adhuc uocare non
dedignatur. per Hieremiam pro
phetam dominus dicit, Et ueniens
usque ad babylonem ibi libera
ueris. babilon quippe confusio
interpretatur, saepe enim qui postquam
in confusione uitiorum cecide
rit erubescens mala quae perpe

v iiij

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0259